⁊ iuxta numerũ ſuũ rapuerũt ſibi de his
que ducebant choros vxores ſingulas
abierũtq; in poſſeſſionẽ ſuã edificãtes
vrbes ⁊ habitantes in eis. Filij q̃z iſra-
el reuerſi ſunt ꝑ trib9 ⁊ familias ĩ taber
nacula ſua. In diebus illis nõ erat rex
in iſrael. ſed vnuſquiſq; qđ ſibi rectũ
videbatur hoc faciebat.

¶ Explicit liber iudicum. Incipit liber
Ruth. ¶ Capitulum ¶ I

IN diebus
vnius iudicis qñ iudi
ces preerant. facta ẽ fa-
mes in terra. Abijtq;
homo de bethleem iu-
da vt ꝑegrinaret̃ in regione moabitide
cũ vxore ſua ac duob9 liberis. Ipe vo-
cabat̃ elimelech. ⁊ vxor eius noemi. et
duo filij alter maalon ⁊ alter chelion. ef
fratei de bethleem iuda. Ingreſſiq; re-
gionẽ moabitidẽ morabãt̃ ibi. Et mor-
tuus eſt elimelech maritus noemi. re-
manſitq; ipa cũ filijs. Qui acceperũt
vxores moabitidas q̃rũ vna vocabatur
orpha. altera q; ruth. Manſerũt ibi de-
cem ãnis ⁊ ãbo mortui ſunt. maalon vi
delicet ⁊ chelion. remãſitq; mulier orba
ta duob9 liberis ac marito. Et ſurrexit
vt in p̃riam ꝑgeret cũ vtraq; nuru ſua.
de regiõe moabitide. Audierat eñi ꝙ re
ſpexiſſet dñs pplm ſuum ⁊ dediſſet eis
eſcas. Egreſſa ẽ itaq; de loco ꝑegrinatõ
nis ſue cũ vtraq; nuru. ⁊ iam in via re
uertẽdi poſita ĩ terrã iuda. dixit ad eas.
Ite in domũ mr̃is vr̃e. Faciat vobiſcũ
dñs miam. ſicut feciſtis cũ mortuis et
mecũ. Det vobis inuenire requiẽ ĩ do-
mib9 viroꝝ q̃s ſortiture eſtis. Et oſcu-
lata ẽ eas. Que eleuata voce flere cepe-
rũt ⁊ dicere. Tecũ ꝑgemus ad populũ
tuũ. Quib9 illa rñdit. Reuertimini fi-
lie mi. Cur venitis mecũ. Nõ vltra ha
beo filios in vtero meo. vt viros ex me
ſperare poſſitis. Reuertimini filie mi. ⁊
abite. Iam eñi ſenectute confecta ſũ
nec aptu vinculo cõiugali. Etiã ſi poſ-

ſem hac nocte cõcipe et parere filios ſi
eos expectare velitis donec creſcãt ⁊ an-
nos pubertatis impleãt. añ eritis vetu-
le q̃ȝ nubatis. Nolite q̃ſo filie mi facere
hoc. q2 vr̃a ãguſtia magis me premit. ⁊
egreſſa eſt man9 dñi ꝯ me. Eleuata igit̃
voce rurſum flere ceperũt. Orpha oſcu
lata ẽ ſocrũ ac reuerſa ẽ ruth adheſit ſo
crui ſue. Cui dixit noemi. En reuerſa
eſt cognata tua ad pplm ſuũ ⁊ ad deos
ſuos vade cũ ea. Que rñdit. Ne aduer
ſeris mihi vt relinquã te ⁊ abeã. Quo-
cũq; enim ꝑrexeris pergam. ⁊ vbi mo-
rata fueris ⁊ ego ꝑiter morabor. Popu
lus tuus ppls meus. ⁊ deus tuus deus
meus. Que te t̃ra ſuſcepit morientẽ ĩ
ea moriar ibiq; locũ accipiã ſepulture.
Hec mihi faciat de9 ⁊ hec addat ſi nõ ſo
la mors me ⁊ te ſeꝑauerit. Uidẽs g̃ no
emi ꝙ obſtinato ruth aĩo decreuiſſet ſe
cũ ꝑgere. aduerſari noluit nec ad ſuos
vltra reditum perſuadere. Profecteq;
ſunt ſimul ⁊ venerũt ĩ bethleẽ. Quibus
vrbẽ ingreſſus velox apud cũctos fama
percrebuit dicebantq; mulieres. Hec ẽ
illa noemi. Quib9 ait. Ne vocetis me
noemi. i. pulcrã. ſed vocate me mara. i.
amarã. q2 amaritudine valde repleuit
me oĩpotẽs. Egreſſa ſum plena ⁊ vacu
am reduxit me dñs. Cur ergo vocatis
me noemi quã dñs hũiliauit et afflixit
oĩpotẽs. Uenit ergo noemi cum ruth
moabitide nuru ſua de t̃ra ꝑegrinatio-
nis ſue. ac reuerſa ẽ in bethleem qñ pri
mũ hordea metabant̃. ¶ II

ERat aũt vir elimelech conſan-
guine9 hõ potẽs ⁊ magnũ opũ
noĩe booz. Dixitq; ruth moabi
tis ad ſocrũ ſuã. Si iubes vadã ĩ agr. ⁊
colligã ſpicas q̃ fugerint man9 metẽtiũ
vbicũq; clemẽtis in me patriſfamilias
reꝑpero grãm. Cui illa rñdit. Uade
filia mi. Abijt itaq; et colligebat ſpicas
poſt terga metẽtiũ. Accidit aũt vt ager
ille haberet dñm noĩe booz. qui erat de
cognatõne elimelech. Et ecce ipe venie
bat de bethleem. dixitq; meſſorib9. Do
minus vobiſcum. Qui reſpõderũt ei.

Benedicat tibi dñs. Dixitq; booz ĩnue
ni qui messoribꝫ ꝑerat. Cuiꝰ ē hec puel-
la. Cui rñdit. Hec est moabitis q̄ venit
cũ noemi de regiõe moabitide. ⁊ roga-
uit vt ſpicas colligeret remanentes. ſe
quēs meſſorꝫ veſtigia. Et de mane vſq;
nunc ſtat in agro. ⁊ nec ad momentũ q̄
dē domũ reuerſa ē. Et ait booz ad ruth
Audi filia. Ne vadas in alterꝫ agrũ ad
colligendũ. nec recedas ab hoc loco. ſʒ
iungere puellis meis ⁊ vbi meſſuerint
ſeq̄re. Mādaui enĩ pueris meis vt ne-
mo moleſtus ſit tibi. ſed etiā ſi ſitieris
vade ad ſarcinulas et bibe aq̄s de q̄bꝫ ⁊
pueri mei bibũt. Que cadēs i faciē ſuā
⁊ adorās ſup t̄rā. dixit ad eũ. Un̄ mihi
hoc vt inuenirē grām ante oculo tuos
⁊ noſſe me dignareris ꝑegrinā mulie-
rem. Cui ille rñdit. Nũciata ſunt mihi
oīa q̄ feceris ſocrui tue poſt mortē viri
tui. ⁊ q᷑ reliq̄ris parētes tuos ⁊ terram
in qua nata es. ⁊ veneris ad ṗplm quē
ātea neſciebas. Reddat tibi dñs ꝓ ope
tuo. ⁊ plenā mercedem recipias a dño
deo iſrl' ad quē veniſti. ⁊ ſub cuius cõfu-
giſti alas. Que ait. Inueni grām apud
oculos tuos dñe mi. q̄ ɔſolatus es me.
⁊ locutus es ad cor ancille tue. q̄ nõ ſū
ſimilis vnius puellarꝫ tuarꝫ. Dixitq; ad
eam booz. Qñ hora veſcēdi fuerit veni
huc ⁊ comede panē. ⁊ intinge buccellā
tuam in aceto. Sedit itaq; ad meſſorũ
latus ⁊ cõgeſſit polentā ſibi. comeditq;
⁊ ſaturata ē ⁊ tulit reliquias. Atq; inde
ſurrexit vt ſpicas ex more colligeret. p̄-
cepit aũt booz pueris ſuis dicēs. Et iā
ſi vobiſcũ metere voluerit ne ꝓhibeatis
eam ⁊ de vr̄is quoq; manipulis ꝓijcite
de induſtria. et remanere permittite vt
abſq; rubore colligat. ⁊ colligētē nemo
corripiat. Collegit ergo in agro vſq; ad
veſperā. ⁊ que collegerat virga cedēs ⁊
excutiens. inuenit hordei q̄ſi ephi men
ſuram. i. tres modios quos portans re-
uerſa ē in ciuitatem ⁊ oſtēdit ſocrui ſue
Inſup ꝓtulit ⁊ dedit ei de reliquijs ci-
bi ſui q̄ ſaturata fuerat. Dixitq; ei ſo-
crus ſua. Ubi hodie collegiſti ⁊ vbi feci
ſti opus. Sit bñdictus q̄ miſertus eſt
tui. Indicauitq; ei apud quē eēt opata
et nomē dixit viri q᷑ booz vocaret. Cui
rñdit. noemi. Benedictꝰ ſit a domino
qm̄ eandē grām quā prebuerat viuis
ſeruauit et mortuis. Rurſumq; ait. ꝓ-
pinquus nr̄ eſt hõ. Et ruth. hoc quoq;
inquit p̄cepit mihi vt tamdiu meſſori-
bus eius iūgerer donec omnes ſegetes
meterētur. Cui dixit ſocrus. Melius ē
filia mi vt cũ puellis eius exeas ad me
tendũ. ne ĩ alieno agro quiſpiā reſiſtat
tibi. Iuncta ē itaq; puellis booz ⁊ tam
diu cũ eis meſſuit donec hordea ⁊ triti-
cum in horreis cõderenť. ¶ III

Poſtq; aũt reuerſa eſt ad ſocrũ
ſuā. audiuit ab ea. Filia mi q̄-
ram tibi requiē. et ꝓuidebo vt
bñ ſit tibi. Booz iſte cuiꝰ puellis ĩ agro
iuncta es. ꝓpinquus noſter ē. ⁊ hac no-
cte areā hordei ventilat. Lauare igitur ⁊
vngere. ⁊ induere cultioribꝫ veſtimētis
⁊ deſcende ĩ areā. Non te videat hõ do-
nec eſum potumq; finierit. Qñ autem
ierit ad dormiendũ nota locũ ĩ quo dor
miet. Ueniesq; ⁊ diſcooperies pallium q̄
operiť a pte pedũ. ⁊ ꝓijcies te ⁊ ibi iace-
bis. Ipe aũt dicet tibi q̄d agere debeas
Que rñdit. Quicquid p̄cepis faciam.
Deſcenditq; in areā ⁊ fecit omnia q̄ ſi-
bi imperauerat ſocrus. Cũq; comediſſet
booz ⁊ bibiſſet ⁊ ſocrus eēt hilarior. iſ-
ſetq; ad dormiendũ iuxta aceruũ mani
pulorꝫ venit abſcondite. ⁊ diſcooperto a
pedibus eius pallio ſe proiecit. Et ecce
nocte iam media expauit homo. ⁊ ɔtur
batus eſt. viditq; mulierē iacentem ad
pedes ſuos ⁊ ait illi. Que es. Illaq; re
ſpondit. Ego ſum ruth ancilla tua. Ex-
pande palliũ tuũ ſup famulā tuā. quia
ꝓpinquus es. Et ille. Benedicta inq̄t
es a dño filia. ⁊ priorem m̄iam poſteri-
ore ſuperaſti. quia nõ es ſecuta iuuenes
pauperes ſiue diuites. Noli ergo metu
ere. ſed quicquid dixeris mihi faciam ti
bi. Scit enĩ oĩs ṗpls q̄ habitat intra
portas vrbis mee mulierem te eſſe vir
tutis. Nec abnuo me propinquũ. ſed ē

alius me ꝓpinquioꝛ. Quieſce hac nocte ⁊ facto mane. ſi te voluerit ꝓpinquitatis iure retinere bene res acta ē. ſin autē ille noluerit. ego te abſq; vlla dubitatione ſuſcipiā. viuit dñs. Doꝛmi vſq; mane. Doꝛmiuit itaq; ad pedes eius vſq; ad noctis abſceſſum. Surrexit itaq; anteq; hoīes ſe cognoſceret mutuo ⁊ dixit booz. Caue ne qs nouerit q huc veneris. Et rurſum. expande inquit palliū tuū quo opiris et tene vtraq; manu. qua extendente ⁊ tenente menſus ē ſex modios hoꝛdei ⁊ poſuit ſup eā. Que poꝛtās ingreſſa ē ciuitatē. ⁊ venit ad ſocrū ſuam. Que dixit ei. Quid egiſti filia. Narrauitq; ei oīa q ſibi feciſſet hō. ⁊ ait. Ecce ſex modios hoꝛdei dedit mihi. ⁊ ait. nolo vacuā te reuerti ad ſocrū tuā. Dixitq; noemi. Expecta filia donec videamus quē res exitū hēat. Neq; ei ceſſabit hō niſi ꝓpleuerit qđ locutus ē. ¶ IIII

Aſcendit ergo booz ad poꝛtā et ſedit ibi. Cūq; vidiſſet pꝛopinquū pterire de q pꝛius ſmo habitus ē. dixit ad eum. Declina pauliſp ⁊ ſede hic. vocans eū nomine ſuo. Qui diuertit. ⁊ ſedit. Tollēs autē booz decē viros de ſenioꝛib9 ciuitatis. dixit ad eos Sedete hic. Quibus reſidentibus locutus ē ad ꝓpinquū. Partem agri fratris noſtri elimelech vendet noemi q reuerſa ē de regione moabitide. qđ audire te volui ⁊ tibi dicere corā cūctis ſedētib9 et maioꝛibus natu de populo meo. Si vis poſſidere iure ꝓpinquitatis eme ⁊ poſſide. ſi aūt diſplicet tibi hoc ipm indica mihi vt ſciā quid facere debeam. Nullus enī eſt pꝛopinquus excepto te qui pꝛioꝛ es. ⁊ me q ſecūdus ſum. At ille reſpondit. Ego agrū emā. Cui dixit booz. Quādo emeris agrum de manu mulieris. ruth quoq; moabitidē q vxoꝛ defuncti fuit debes accipere vt ſuſcites nomē ꝓpinqui tui i hereditate ſua. qui reſpōdit. Cedo iuri ꝓpinquitatis. Neq; enī poſteritatē familie mee delere debeo. Tu meo vtere piuilegio. quo me libēter carere pꝛofiteoꝛ. Hic autē erat mos antiquitus in iſrael inter pꝛopinquos. vt ſi quādo alter alteri ſuo iuri cedebat vt eſſet firma conceſſio. ſoluebat homo calciamētum ſuū. ⁊ dabat ꝓpinquo ſuo. Hoc erat teſtimonium ceſſionis in iſrael. Dixit ergo ꝓpīquo ſuo booz. Tolle calciamentū. quod ſtatim ſoluit de pede ſuo. At ille maioꝛib9 natu ⁊ vniuerſo populo. teſtes vos inquit eſtis hodie q poſſederim oīa que fuerūt elimelech ⁊ chelion ⁊ maalō tradēte noemi. ⁊ ruth moabitidē vxoꝛē maalon in coniugiū ſumpſerim vt ſuſcitē nomen defuncti in hereditate ſua ne vocabulū eius de familia ſua ac fratrib9 ⁊ populo deleatur. Uos inquā huius rei teſtes eſtis. Reſpondit omnis populus qui erat in poꝛta et maioꝛes natu. Nos teſtes ſumus. Faciat dñs hāc mulierē que ingreditur domū tuā ſicut rachel ⁊ liam que edificauerūt domū iſrael. vt ſit exemplū virtutis in effrata ⁊ habeat celebꝛe nomen in bethleē. Fiatq; domus tua ſicut domus phares quē thamar peperit iude de ſemine quod tibi dederit dñs ex hac puella. Tulit itaq; booz ruth ⁊ accepit vxoꝛē. ingreſſuſq; ē ad eam. ⁊ dedit illi dominus vt conciperet ⁊ pareret filium. Dixeruntq; mulieres ad noemi. Benedictus dominus q nō eſt paſſus vt deficeret ſucceſſoꝛ familie tue. ⁊ vocaret nomē eius in iſrael. ⁊ habeas q conſolet animā tuam ⁊ enutriet ſenectutem. De nuru enī tua natus eſt qui te diliget. et multo tibi melioꝛ ē q ſi ſeptem haberes filios. Suſceptūq; noemi puerū poſuit in ſinu ſuo. ⁊ nutricis ac gerule fungebat officiū. Vicine autē mulieres congratulantes ei et dicentes. natus eſt filius noemi vocauerūt nomē ei9 obed. Hic ē pr iſai pris dauid. He ſunt generationes phares. Phares genuit eſrom. Eſrom genuit arā. Arā genuit aminadab. Aminadab genuit naaſon. naaſon genuit ſalmon. Salmon gēuit booz booz genuit obed. obed gēuit iſai. iſai genuit dauid regē.

¶ Explicit liber ruth.